



Fasti Mariani

Brunner, Andreas

Antverpiæ, M.D.C XXX III.

S. Genovefa Palatina. 2. Aprilis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70962](#)

P R.

L A.

eci-
bus
tus,
fa-
n-
am
uit,
em
e
ab
i in
pus
xit
tu-
m
ai-
n-
os
ti-
ni-
x-
er-
a-
us
i-
d-
o-
n
-

2. A P R. Vitæ Sanctorum. 189

aureum inter digitos diffregit, ex quo cùm sanguis copiosè manaret, inopum eum esse dixit, qui acerbis exactiōibus exugerentur. Hāc denique virtute ad cælum subiectus est anno M. D. VII. eādem fiduciā aërem transvolans, quā olim mare pallio suo instratum enavigavit. Ex uitā.

S. GENOVEFA PALATINA.
2. Aprilis.

GENOVEFA Brabantiae Ducis F. Sifridi Comitis Palatini coniux, post votum DEIPARÆ factum filium enixa est, id temporis Sifrido in Syriā a gente. Interea Golo, qui pro Duce Rempub. administrabat, cùm pudicitiam sēpē sāpiūs GENOVEFÆ nec quicquam tentasset, ut scelus scelere tegeret, apud reducem Principem in suspicionem eam adduxit, ac si alieno ex toro filium sustulisset. Maritus continuò crimen cum matre & puerō aquis jubet mergi. Sed mitiores Domino famuli, cùm in silvas utrumque exposuissent, domi se imperata peregisse adsimularant. Nec defuit etiam inter silvas afflictis miserorum MATER, sed cervam misit, quæ statā horā quotidie infanti ubera præberet. Annus agebatur orbis restaurati DCCL. exilii GENOVEFÆ V. cùm Sifridus, dum feras quærat, in homines offendit, in iis

con-

190 *Vita Sanctorum.* 2. A P R.
conjugem & natum , in utroq; crimen
suum agnoscit, VIRGINI verò SOSPI-
TATRICI id loci templum struit : ut
si ejus beneficia urbes taceant, vel silva
loquantur. *Ex Molano.*

S. M V S A V I R G O . 2. Aprilis.

Erat MVSA virgo Romana, rarum,
eat breve teneræ ætatis miraculum ,
cujus lecto nomine , cave citharam
chorosve cogites ; nullæ occurrant Pie-
rides ; vitæ severitatem, verborum mo-
derationem , animi recessum disce .
Quiescenti olim Deipara, denso virgin-
num sacrarum agmine cincta, se obtu-
lit ; omnibus in vultu nitor solis , in
veite candor nivis. Et Regina quidem
eam affata: Comites, inquit, meas dote
virginitatis filii mei connubium pro-
meritas vides ? augebis tu numerum,
si moribus matronam potius quam
puellam præstiteris , & infantæ seni-
lem miscueris temperationem. Nihil,
quo pares leviter exultant, amabis. Re-
ligioni risum , jocum sceleri duces. Ad
honesta oculis , ad interrogata verbis
uteris. Ad necessaria manum , ad jussa
gradum movebis. Sic efficiam ut trige-
simo die voti compos fias. Sub hæc ita
mutata est MVSA , ut solicito paren-
tum oculo non indigeret, ex quâ tot
gravitatis peti argumenta poterant.
Itaque interrogare subiit novi moris

call-